

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Talmudicorum & Maimonidis sententia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

castigationem stulti. Qui meretrixem sequitur, à Salomone cum bove comparatur, qui ad macellum dicitur, & cum stulto, qui in vincula sive compedes se implicat.

A עכשׂ, quod *compedem* notat, est plurale עכבים, quod nihil aliud quam *compedes* significare potest.

Cum vero עכבים sint inter mulierum ornamenta, quid aliud intelligimus quam ornementum, quod similitudinem compedium habet?

Vidit hoc Aben Ezra, qui nota- Aben Ezra
vit העכבים רומיים לכבל
Aschafim si- ad. h. l.
miles esse compedi. Neque abludunt Talm. in
Talmudici, qui pariter כבלים ap- Schabbat.
& in Gem.
pellant, & disputant an sit licitum cap. 6.

cum eis egredi in Sabbatho. Quid autem sint in כבלים in Gemara tradi-
tur: *Catenulæ videlicet aureæ, qui- bus pedes ligabant puellæ, ne nimis latos facerent passus.* Quod etiam in Glossa, & in libro suo Jad Chazaka Rabbinorum doctissimus Moses ben Maimon scribit. Qua in re, uti vanum atque futile est Maim. in
Glossa, &
quod de כבלים tradunt Talmudici, Iad Chas.
eum in finem gestatas fuisse ab Tract. de
Sab. cap.
10.
Hebræorum puellis, ne passus fa-
cerent majores, & detrimentum

accede-

192 De CALCEIS HEBRAOR.

Maim. in
Glossa ad
Tract.
Sabbat.
cap. 6,

accederet earum virginitati, ita recte notatum credo, catenulas aureas sive compedes fuisse. Quod Maimonides confirmat, qui ornementum pedum fuisse putat, quales armillæ fuerunt brachiorum. נבלם עכטם בצורה האצערה Kebalim sunt Achafim ad formam armillarum. Scilicet Kebalim, qua voce Talmudici utuntur pro pedum ornamento, cum quo fas non est egredi Sabbatho, idem cum Achafim esse observat, & in modum armillarum fuisse. E quibus colligere proclive est, עכטם nullum aliud fuisse ornamentum, quam compedium aurearum, quas in cruribus gestabant mulieres.

V. Hoc fiet longe verisimilius, si attendamus iad morem veterum, qui non in Oriente tantum, verum etiam apud Græcos atque Romanos fuit, ut mulieres aurea vincula vel compedes in cruribus gestarent. In Oriente, ut magnus olim fuit armillarum usus, qui jam invaluerat ætate Abrahami, ita עכטם, hoc est aureas compedes instar armillarum, in pedibus mulieres habuerunt. Quod quidem

Gen. 24.
20.